

*De frondibus. Quae abest de radice ipsius pitta & vno rasper flugri aliquo
 & flugri murtuod & mfoluiz apoa solimb. & fit dylm & ca. & dolum. stoi. & vi
 in. & qu' mifit & aqua & pome' sup' alba' mofp'ra' abfregit ad. & qu' mifit
 & pin' & pome' sup' alopec'ia' curat. & bibit. ego ca. & aufat polluti om'*

vehementis est potestatis, ut fluxui medea-
 tur muliebri. Potatur haec, & quae atram
 radicem habet in uino nigro austero, &
 particeps est abstergendi potentiae, & per
 inde aqua madefactae medentur uutiligis
 nibus, & alopecijis cum humida pice. Ad
 haec autem melior nigram radicem habens,
 in caeteris quae albam.

*si vno vltur co alijs
 nimis & biliat q' m'alia
 semp' eij' emp' & vltu
 lib' i' aly.*

*Nux mifcata i' fupple
 Nemfar i' m'p'ha: Nux m'ura i' a i' fupple
 Nigella m' melanthio Nux v'ura i' fupple*

De incipientibus ab O.

Oliua, oliuae termite tantum frigiditatis obtinent, quantum etiam acerbis, at fructus bacca inquam ipsa ualde matura, mediocriter calida, praematura uero acerbescens est & frigidior, & drypetes quidem oliuae pinguem habent succum, nutrimentum corpori exiguum praebent. Quae uero colymbades & halmades nominantur, acerbescentem habent succum roborantque stomachum, appetitumque exacuunt. Commodissimae autem ad hoc, quae cum aceto apponuntur, id namque ad concoctionem melius.

Oleum ex oliuae bacca expressum, quod dominantissimum uocitant, humectorium, & mediocriter calidum est. Est autem eius modi dulce quod ex drypete, ita enim uos

*ελαιον
 Pl i lib. 15.
 cap. 4.*

Oleum m' d' m' r' calidum magis q' humectat, cui H' & p' s' alijs m' q' m' m' r' & caten' r' r' r' q' & m' m' r' f' u' r' co calidig' & m' m' r' u' & m' d' m' r' h' d' i' f' r' i' s' p' i' m' o' h' m' u' e' f' u' r' i' t' i' d' d' m' o' s' t' r' i' t' i' o' n' e' s' i' p' u' r' u' s' i' t' r' a' s' t' u' r' u' m' . A' t' d' i' s' t' i' n' c' t' i' o' n' e' m' r' a' d' i' c' i' t' a' b' a' u' d' i' t' a' s' q' u' i' s' t' i' n' a' d' d' u' l' c' i' m' m' e' d' i' o' c' r' i' t' e' r' c' a' l' i' d' i' t' a' t' e' s' . A' n' z' b' i' s' n' o' a' u' t' f' u' i' t' i' d' u' l' c' i' s' h' u' m' i' d' i' s' .

*R. Sib. | Oleum rubeo. m. q. ante maior morsu, atq. feris odae p. h. utur
rallioy existit. Ipsi Phaca m. q. fastidum et alia unctuositate g. n. h. a
fuit m. r. co. q. habet grossitudinem.*

catum olea necdum matura iam tum colo-
rem mutans, sicut omphacium olea adhuc
alba expressa potissimum uelut quod sibi-
num dixere calidum mediocriter est medi-
temperamenti, & magis distrahens quam
crudum. Quod autem crudum omphaci-
um nominatum quantum acerbitalis ad-
misit, tantum etiam frigiditatis. At uetustum
oleum, quod sane ex dulci factum calidius
magisque distrahit, quod uero ex crudo,
quoad aliquid acerbitalis custodiuerit, mi-
xtae est potentiae, cum autem ipsam perfec-
te eiecerit alij assimilatur. At lucerninum
oleum a medio & temperato a dulci inq-
tantum ad calidum propius accedit, quan-
tum omphacinum ad frigidius, utimur au-
tem omphacino, hoc est, praematurato, cum
caput magis incaluit, dulci uero cum ma-
gis exaruit ac ample. Lucernino utimur
refrigerato, non dubium autem quin om-
phacinum & frigidum aliquando adhibe-
re oporteat, omne autem reliquum prorsus
calidum, id ita capiti, uniuerso autem
capiti aridum cum corpus male habet, dulce
autem ad unguendum accommodatius &
densato ex acerbitalitate, aut frigiditate, aut
morsu, aut acutis medicaminibus, aut succo
eo cum factus est pruritus plus omnibus

accommodatum, præcipue cum exercitijs
aut post exercitia. Stomacho autem & ier
cori ardentibus maxime omphacinum ac
commodatum ob acerbicatem illitū asper
gineq; immissum, alijs autem membris
dulce.

Oleum cicinum in ægypto olim fiebat ^{ἔλαιον κί}
ex cicis semine, quod crotones uocitatum ^{κινου}
dissecto uel attrito & aqua calida relecto,
estq; tenuium partium, & uim distrahendi
habet, ut uetustum oleum absterget uitilia
gines, ephes, lentigines perpetuo perun
ctum, estq; propemodum ut raphaninum,
ideo utendum ipso præsentente cicino, aut
uetusto.

Oleum ex lini semine comparatur quo
nunc pro cicino utuntur multi, quoniam
cicinum amplius non asportatur.

Oleum raphaninum cicino simile est, ^{ἔλαιον ῥαφ} ^{ἰαντιδοτανιο}
nisi quod calidius. ^{ἔλαιον ῥαφάνινου}
*Oleum raphaninum calidius est et subtili
atq; diffusibilius. Dosis anxi ʒ.*

Oleum populaceum in æstate compa
ratur, cum circa semen multa resina est, sus
mendo autem coccos aliquantum diffri
gunt statuendoq; olei dulcis uncias immi
tunt torreriq; sub sole ad dies 40. permit
tunt atq; ita reponunt. Est autem calefacie
ens partium tenuium mollificans cum bo
ni sit odoris,

Oleum Amygdalinum
ἔλαιον ἀμυγδαλῶν
ἢ ἀμυγδαλίον
Dios. lib. 1
cap. 31.

Oleum amygdalinū ex fructu fit amarum amygdalorū, tenuium id quoque partium est, dulciq; calidius, præcipue autem auribus congruit opilatis ab crassis spiritibus & audiendi difficultatibus, fontibusq; à frigiditate manantibus, uermesq; in auribus perimit, experientia namq; quod auribus congruat nos docuit præterquam cæteris partibus.

Oleum Caryinum
ἔλαιον καρύων
Dios. lib. 1
cap. 31.

Oleum caryinum nempe quod ex nucibus quas iuglandes nominamus, ut amygdalinum comparatur, uel sectis et pressis, uel in aquam feruentem immixtis post sectionem, eisdemq; conuenit uti ambustis.

Oleum Myrobalanicum
ἔλαιον μυροβαλάνων
Dios. lib. 1
cap. 31.

Oleum myrobalanicum uim habet ad purgandum maculas, lentigines, uirulenta omniq; nigrori, conuenit quoque dolori aurium, & sonitus, tinnitusq;, cum adipe infusum anserina. Comparatur autem ut amygdalinum, ut tamen molas myrobalanicum.

ἔλαιον δάφνινον
Dios. lib. 1
cap. 31.

Oleum daphninum nempe laurinum, ex fructu lauri bacca inquam comparatur, at mixtum ita paratur quinque partibus maturarum olearum unam adijcimus baccæ laurinae pinguis & apte atq; ita tritis una omnibus oleum excipitur, calidum admodum est et mollificans immixtum, ut refrigeratae parti corporis sit utile, arefacitq; com

mode, curat scabiosos arefacta cute & impetiginosos impetigine aspera in balneo perunctos. Vitandum autem ipsum in ardentibus impetiginibus uel scabiebus, inque calidis et biliosis temperamentis corporum, humidis autem & pituitosis conuenit omnibus artibus frigore perturbatis & ischiadicis, perimit lumbricos, pediculos, pulicesque surfuresque arcet capitis & alopecias. Vfus autem ipsius sit in lauacro ieiunus inde absterge ouo & melle & tileos farina, capiti calido caue ipsum admoueas, simplici oleo laurino in balneo aut loco omnino calido conuerso ad ignis uaporem tergo si spina ab occipite ad imum dorsum perungatur tum primum cum quartana expectatur inde stupa & fascia spina tota tegatur inde incubili linteis calidis æger fatus fuerit, intra tris aut ad summum quatuor febris quartanæ accessiones liberabitur quartana febris, id nos experti aliquotiens ascribendum duximus. Verum suo loco de quartana febris alia plura memorabimus, cum hic plura de ea dicere haud quaquam congruat.

Oleum sisaminum, comparatur hoc ex sisamo trito & iniecta aqua uim non longe aliam habet quam oleum dulce, medi

H in

ocrem nancq; calorem habet, estq; exacer-
bescens omnino gustu idoneum etiam ut
manducetur, dulce gustu, & facile conco-
quitur, subducitq; aluum. Foris autem in-
unctum ob crassitudinem emplasticum est
ad bonam olentiam compositis oleis ma-
gis idoneum euadit oleo communi quod
stabile sit, nec facile putrescat.

Oleum lentiscinum, cōparatur autem
hoc ex fructu lentisci, ut de alijs dictum, pa-
raturq; ut de laurino diximus, mixto frus-
ctu lentisci cum oleo. Vtile autem immis-
xum & purum ori profluenti & cicatricis
bus ardēibus, si calidum in ore habeatur
& in balneo & absq; balneo, expellit nāq;
& roborat, nec ullam habet asperitatem.
At mixtum magis roborat atq; confirmat
utile iecori, & stomacho, sumitur ardens
tibus.

ἔλαιον
οἰνώθινον

Oleum œnanthinum eadem facit, quæ
melinum & rosaceum, præterq; quod al-
uum mollem reddit. Componitur autem
hoc modo, Sumitur uitis pubescens, flor-
rescensq; uua cum olet, permittiturq; flac-
cescere, inde in uas nouum immittitur cū
oleo omphacino, quotidieq; mouetur ad
dies usq; . 40. inde eo utere, sit œnanthe
nempe uua pubescens unciarum 2. olei s.

Oleum melinum comparatur malis cydonijs, fit quoque ex alijs pomis pellem magis acrem habentibus, & magis bene olen-
 tibus, sumendo nanque ad germen & ad cal-
 cem ramentum etiam lignosum, uua cum
 interioribus coccis ac granulis, inde secan-
 tes circumfuso cortice, nam in ipso bonus
 odor, acerbitasque est, & in frustra conciden-
 do immittimus libras 10. omphacini olei,
 uncias 3. pomorum, inde sub radijs solis
 torretur ad dies 40. potestas melini magis
 ad frigiditatem tendit, nec tamen nimis ob-
 pomi uinosum acerbescit satis, sicut lentisci-
 num, & congruit stomacho, quod ex ma-
 teriosis nutrimentis constet geminis, oleo,
 & pomo, ut congruat stomacho ardenti, et
 subruenti inunctum, ut epithema fiat, & po-
 tum utilius est rosaceo ob pomum, & pro-
 trudit ingestos humores, medetur ano, co-
 lo & intestinis, biliosa materia laborantibus,
 & frigore, ubi absinthium habuerit,
 hic magis conuenit, ubi frigus attentarit in
 testina.

ελαιον μη-
 λινου

Oleum rosaceum hoc modo compara-
 tur, Rosarum rufarum flores refrigeratos
 explicas dies noctesque complures, olei om-
 phacini adhibes libras .2. immittis in uas
 cuius os obstruis extrinsecus, pellemque

ελαιον ρο-
 δινου.

*Oleum rosaceum est oleum quod
 fit ex oleis non modicis
 uis et completis et vocatur
 oleo uide inde et forte.*

adhibes ob imbres ingruentes, insolato die
es 20. inde serua tibi in domo temperata.
Alij non insolant, sed ad aliquot dies uas
appendunt ad puteum aquae frigidae. Congruit
autem capiti aestuanti aut ex sole, aut ex febris
bus, aut alia huiusmodi causa, humectat
namque, ac somnum allicit, intestinis quoque
aestuans febri congruit. Optimum etiam
rosaceum est potum cum aqua uel calida,
uel frigida, cum acuta bilis stomachum lan-
cinnant, aut uermes infestant pueros.

Oleum chamæmelinum paratur ita, olei
dulcis sume libras. 2. florum autem chamæ-
meli uncias. 2. die una ita habeatur, inde
uasis os obstruatur raro operculo ut eua-
poret, insoletur ad dies. 40. & iam chamæ-
melinum garo similem admittet odorem
nisi respiret, in locis seruetur temperatis,
utere ipso ubi graue ex densitate humorum
caput doleat ex febris non admodum
ardentibus, rarefacit namque spiramenta, &
distrahit fumos, & remiscet acumina, meli-
usque rosaceo est in febris non admodum
calidis.

ἔλαιον ἀνή-
θινου

Oleum anethinum fit ex coma anethi
adhuc uiridi, antequam semen obdurescat
et acuat, nam tum usu non est idoneum
quod florem eiecerit, solos germinum cas

lathiscos sume, & immitte olei dulcis librā
in selibram floris & uas obturatum insole
tur dies 40. id calidius est, quā chamæme
linum. Laborantibus febre per hiemem
medetur, mollit nanq; & humectat. Pro
dest plurimū in febribus & pituita manans
tibus, ac prorsus ubi frigus fuerit in caussa
plurimum succurrit neruis, musculisq; ac
tenontibus.

Oleum tellinum mollificandi uim ha
bet, utile autem est ad furfures, & achoras,
& epheles, eas nanq; purgat, faciemq; cans
defacit, & abstergit, curat duricies in uul
ua & apostemata, succurritq; difficulter pa
rientibus, intestinorumq; inflammationi
bus, pernionibus quoq; succurrit, ceterisq;
calcaneorum inflammationibus. Parabis
ipsum hoc modo, Sint telei libræ . 5. olei
autem . 8. ciperi libræ . 2. calami libra . 1.
asperge hæc oleo tribus diebus, mouendo
ter quotidie, aufer, inde exprime, et seruato

Oleū amaracinū ita paratur, ^{sumit} brathyis,
xylobalsami, calami, lentisci floris, nardi
celticæ, costi ad libras quinq; sumito, amo
mi, casia, carpobalsami ad libras tris, zinzi
beris libram, uini bene olentis libras . 10.
coquantur una. Potestas huius olei calida
ut nardi, sed magis tenuium partium quā

Posterio
res partes
colli τένον
τες νομιά

nantur. *De sumitro
i amido oribasi*

ἐλαίου ἔλαι
μαράκινου

nardi, proximum uero quod non habeat
opobalsamum, in sinu mulierum positū,
menstrua mouet, estq; amaracinū calidius,
mollitq; diductū ore accommodatū fistu-
lis, & aquę intercuti, hulceribusq; ferinis &
putredinibus, difficultatibusq; urinæ un-
cto ano, facit quoq; ad inflammationes, ac
duricies in uulua, hæmorrhoidas aperit.

opos lasaris

**Pli. lib. 19.
cap. 3.**

Opos cyranaicus quidem omnibus est
calidior & magis tenuium partiū, ob hoc
etiam uim distrahendi magis habet. Præ-
terea alij quoq; calidiores sunt succi & spis-
ritales, hoc est, qui sectius & syriacus
appellatus, quē lasar uocant, hinc sunt qui
magydaram uocent, Plinius, alij tradunt la-
sarpicij radicē fuisse maiorem cubitali tur-
berq; in ea sup̄ terrā hoc inciso superfluere
solitum succum ceu lactis supernato caule
quē magydaram uocarūt, unde succus is.
Rursus alterū genus est quod magydaris
uocatur, tenerius, & minus uehemens sine
succo, quod circa Syriam nascitur, nō pro-
ueniens in cyrenaica regione, gignit & in
parnaso monte copiosum quibusdā lassar-
piciū uocātibus, lippitudini mederi exis-
timatur, inde apud Plautū, Si speras hoc
anno multū futurū lasserpiciū, eamq; uen-
turam exagogam captam saluā & sospitē,

Abbas m. l. i. c. 2. calid et siccum in fine siccum quibus apte opulantiis rariis et confert
 rariis q. a. fl. et m. tra. et quibus rariis aut odorat confert opulantiis
 rariis q. a. fl. et m. tra. et quibus rariis aut odorat confert opulantiis
 rariis q. a. fl. et m. tra. et quibus rariis aut odorat confert opulantiis

atq; ab lippitudine usq; siccitas ut sit tibi.

N. d. l. i. c. 2. p. 1. n. d. l. i. c. 2. p. 1. n. d. l. i. c. 2. p. 1.

Ocimum Basilicum, in secundo est calefacien-
 tum ordine, habet aut humidum superfluum,
 inde assumptum corpori malignum est, foris
 appositum ad distrahendum & concoquendum
 utile. Coctio ipsius multum crassae mate-
 rie lippientibus infantibus precipue prodest

Gariofilatum forte.
 Sicut quidam m. d. v. l. i. c. 2. p. 1. n. d. l. i. c. 2. p. 1. n. d. l. i. c. 2. p. 1.

Ordea primi sunt ordinis arefacientium
 & refrigerantium, habent autem aliquan-
 tum potentiae abstergendi, aliquanto magis
 arefaciunt, q; farina fabacea absq; lemma-
 te, in ceteris quibus extrinsecus utimur, co-
 similia. Mania uero eatenus fabas excedunt
 quatenus inflatile in coctione deponunt.
 Fabae uero coctae inest inflatio, crassarum
 namq; partium essentiae faba est magis quam
 ordeum, & perinde ipso magis alit. Ordea
 certe tenuem & abstergentem quandam
 succum gignunt, nullum igitur corpus ca-
 lefaciunt, quoquo modo praeparantur, pa-
 rata namq; humectant. Farina ordeacea fa-
 cta ex fructu ordeo, euidenter arefacit, at
 ptisana humecta cum ut expedit fuerit praes-
 parata. Panes autem ordeacei omnes mi-
 nus alunt, quam qui ex tritico, magisque illis
 uentrem subeunt. Ordeacea farina si friga-
 tur, multo magis arefacit quam ordea, exigu-
 umq; alimentum prebet uiciumq; coquatur.

κσιδὴ latius
 ne ordeum.
 Dios. li. 2.
 cap. 77.

Ptisana
 conficitur
 ex ordeo
 tusto, & in
 sole exicca-
 to.

Abbas m. l. i. c. 2. calid et siccum in fine siccum quibus apte opulantiis rariis et confert
 rariis q. a. fl. et m. tra. et quibus rariis aut odorat confert opulantiis
 rariis q. a. fl. et m. tra. et quibus rariis aut odorat confert opulantiis
 rariis q. a. fl. et m. tra. et quibus rariis aut odorat confert opulantiis

ex uino autem minuto austero pota farina
arefacit uentrem . Mazam Græci, massam
nostri uocant, ex ordeo farinam humori
alicui ammixtam ac subactā siveo aut mel
le, uel huiusmodi alio, ea massa manducas
ta, quod minus ordeaceis coquatur panis
bus flatu uentrē implet, & si diutius in eo
commoretur, tumultum excitat, cum natu
ra suapte habeat ordeum non parum fur
furis . Quod crassarum partium frumenti
& zeæ siliginis nomen habet, nutrit magis
quā farina, ac difficilīus concoquitur. Sor
bitio ex ea plus nominatur, quæ à zea ali
quatenus sistit aluum, magisq; adhuc si fris
gatur .

ὀρίγανον
Dios. li. 3.
cap. 30.
vocat eadem
ἀφαιρῶν ἡ
ἡσυχία &
ἀσπασίον

Origanum, huius herbæ tertia est specis
es, secandi, & attenuandi, & arefaciendi, &
calefaciendi potentia, in tertio hæc habet
ordine, nam heracleotica efficacior est oni
tide, estq; agrestis, quam panaces heracleū,
aliq; conilan uocant. At quæ dicitur trago
riganus, quiddā etiam admittit acerbicatis

ὄροβος

Orobus arefacit in secunda extensa di
stantia, calefacit uero iuxta primam, quate
nus autē amaritudinem admisit, eatenus
etiam secat, & absterget, & ab opilatione
dimouet. Plus autem assumpta, sanguinē
per urinam agit.

Orobacche frigidi temperamenti est & ὄροβακχῆ
aridi in ordine primo.

Oryza, quiddam habet acerbescens, ὄρυζα *Hadre rizi.*
ideo etiam mediocriter uentrem cobibet,
edulium certe est, quod difficulter conco-
quitur.

Orchis, alij canis testiculos uocant hanc
herbam, cuius radix dupla bulbosa, humi-
da & calida, ideo etiam dulcis est gustantis
bus. Et maior quidem radix ob multam
humiditatem pota, succendit uenerem, mi-
nor autem in aridiorem qualitatem decli-
nans repellit coeundi impetus.

Orchis, qua sarapiada uocant, ipsa aridioris est potentiae quam in prima, unde
ad ueneria non similiter idonea est. Im-
posita uero tumores distrahit, & hulcera ab-
absterget, purgatque, et herpetas curat, arida
uero, & putrida, & uiciosa consuetudine
hulcera medicatur, quiddam namque subas-
cerbescens habet, ideo sistit aluum cum ui-
no pota.

Osirias, osiriadis herbae amara est qua
litas, ad amouendam opilationem idonea
unde & uiciosas consuetudine in iecore
opilationes dimouet.

ὄρχις
Pli. lib. 26.
cap. 10.

*Ambrosii
Sarraceni
Purpure*

*Nesio. Plinij inquit
Simon ophiom. uocat*

*Oppopanax. uide panax.
Opiu. uide in suppl. et in
papauca.*

De incipientibus & P litera.

- Old. di. p. p. i. s.*
- O. de. lino.*
- O. de. m. r. s. s.*
- O. violu.*
- O. de. n. r. u. s. u.*
- O. de. s. u. d. r. u. m. b. i. t. i.*
- O. r. s. t. m. d.*
- O. m. r. s. t. m. d.*
- O. de. k. a. r. c. i.*
- N. a. r. d. m. d.*
- M. a. s. t. m. d.*